quibus alioquin secretiora et profunda investigare non licet, saltem quae in mediis
valeant exerceri et ad sublimium subtiliumque exinde exitum contemplationum promo-
veri aliquando mereantur. Certum nequissimus ille ex hac visione et in presenti terribi-
lius et gravius cruciabitur in futuro, primum quidem quia ipsum nobis longanim-
mitatis benignitatis viderit, deinde quod in se ipsum sibi ipse hac salutis occasione
providerit ut ad penitentiam adduceret || In natali sancti Martini de ex-
emplis obedientiae. Sermo lxvii.

Vere sermonem a nobis expetit iam noster iste conventus propter adven-
tus harum honorabilium personarum quas de longinquo gratulamur ad-
esse. Sane audirem ipse eos libentius, sed quoniam eligit, immo et exigit
magis ut loquar, mihi si non licet audire eos, eis tamen licet obaudire. Et
quidem videtur nobis, fratres, tam multa mansuetudo, cum quia videlicet me-
ritis sanctiores, dignitate superiores, sapientia locupletiores, non modo ad visitan-
dos sed etiam ad audiendos nos dignati sunt declinare. Efficax eruditio et digna
omni acceptione doctrina, siquidem non verborum lingua sed opere et veritate nos
ammonent imitatores sui esse sicut ipsi sunt Christi, et discere quod ab ipso utique
didicerunt, mites esse et humiles corde. Sic Maria Elizabeth petiit, seniorem vir-
go, ancillam domina, pauperiorem ditior, mater Dei genitricem servuli geni-
tricem. Sic postmodum Jesus et ipse Johannem adiit, et adiit baptizandus, ut posset
quemadmodum decebat implere omnem iustitiam. Verumtamen reverendi patres deteriore vobis
non feratis parte venisse ad audiendum, quippe quoniam ad loquendum velociores
etiam inter ipsos qui inter magis experiuntur documento. Nam nos quidem quia
omnem non possumus implere iustitiam, vel non nullam vobis exhibere curamus iustitiam, si
sic non gravemur inferiores superioribus obedire. Sed unde loquimur nisi qui de terra
est de terra loquitur, ut vox illa clamavit. De terra ergo loquimur, qui de terra sub-
sistimus et in terra audire quoque terrigenae et filii hominum vobis dicimus et de vobis
in terra orimur, in terra moramur, in terra morimur, in terram revertemur. Tamen unde sermo
assumpta hic angustius nobis mansimus, mora brevis, sola mors certa. Cogit
totus Adam iudicium portare quod meruit: dilatatus est vehementer multiplica-
tus est et explevit terram. Attamen velit nolit quantumcumque [illegible] univer-
sus adhuc fert sententiam quam excepit: terra inquit es et in terram ibis. Cer-
tus equidem sententia non sine grandis misericordiae dicta temperamento, durum admodum
sed si meritis penses indulgentiae plena. Siquidem non minus iuste poterat dice-
re: terra eris. Sed ex hoc sub terram deus iustus fecit, etiam tu iustus domine
et laudabilis nimis, dignus plane qui laudareris, sed nec ego idoneus qui lau-
darem aliquando. Tu quoque nihilominus vere dicerem, si tamen dicere possem, iustus
es domine et rectum iudicium tuum. At non infernus confitebitur tibi neque mors lauda-
bit te, sed nos qui vivimus benedicimus dominum. Prepositum quidem creaturae tuae prepositum glo-
riae nominis tui, ut ascendentem de [illegible] in Iherusalem pater eius [illegible]
seminariis adhuc relictus in via sanctum laudare possim, illic totus [illegible]
ibi totus in laudem et dicent omnia ossa mea domine quis similis tibi. Et hoc

nempe cum vetitus fuisset mei meministi non dampnans hominem in loco perdi-
tionis sed in loco afflictionis humilians. Quid murmuras homo quid sententiam
quereris duriorem? Terre addictus es frustra e terra ut ipsa sit patria que
materia fuit. Sed audire inquies velim quia spiritus es et ad spiritum ibis. Siqui-
dem etiam spiritus sum et ad animam pertinet nec portionem huius meam dubitave-
rim potiorem. Audivi sane ab apostolo quia dominus spiritus est et ab ipso domino quia spi-
ritus est deus nec modo spiritus sed et spirituum pater. Ut quid ergo tenet me mater-
tera mea quia modo ex parte spirituum pater non recipit cum ex parte sim spiritus?
Sed scio agit hoc non tam substantia ipsa quam culpa. Sicut enim principes spi-
ritus inter celum et terram ventosum hoc medium tenent unde et potestates hu-
ius aeris nominantur sic peccatum medium inter nos et deum separat inter creatorem pa-
trem quoque spirituum et spiritualem utique creaturam. Vinxit autem corpus in re-
gione sua et terre prevalens opprimit peregrinam. Factum nempe est tale
tam pluribus non aliunde tamen nisi quia sedet iniquitas super illud. Corpus enim ag-
gravat animam sed utique quod corrumpitur. Corrumpit autem primo etiam apostolo tes-
tante mortuum est propter peccatum. Itaque licet quodammodo celestis sit homo celestibus
sine dubio spiritibus similis substantia similis et forma. Verum quidem quam spiritualis
forma verum quia carnalis est minime tamen iam levare cum deo istam sufficiunt
ut mereatur audire quia celum es et in celum ibis. Frustra glorietur de libertate
arbitrii que in mente est captivus ducatur in legem peccati que in carne est. Nam
et si frustra videtur duplex funiculus posse alteri eque duplici peculi ut vi-
delicet quem sibi fera gemino quodam iure tenuit prius et ... vendicat ob-
geminatam nichilominus que prima est subeo, scilicet forme similitudine celum quo-
que recipiat ut celestem. Sed iam triplicatus inferior ille et deorsum tra-
hens peccato equidem accedente funiculus non illuc quoque occurrerit gratia
non rumpitur. Sane ubi illa affuerit haud dubium quin solvatur facile. Sic
ius iste quo trahimur immo quo trahimur funiculus iniquitatis. Hic enim
inter deum et nos non separans intercedit sed reprimens et iungens. Itaque ibo
michi ad montem gratie et colles misericordie quanto thesauros omnes re-
positos audio penes Christum. Ibo ad eum qui plenus est gratie et veritatis si for-
te accipiam aliquid de plenitudine illa immo si forte accipiam plenitudi-
nem illam ut ... aliquando in nobis occurramus in mensuram etatis ple-
nitudinis Christi. Nemo quippe ascendit in celum nisi qui de celo descendit fi-
delissimus plane et benignissimus mediator qui quidem non discernit sed
facit utraque unum medium parietem maceriae solvens deinde nobis omnia de-
licta delens quod adversum nos erat chirographum decreti quod erat contrarium
nobis et ipsum tulit de medio affigens illud cruci expolians principatus
et potestates traduxit confidenter palam triumphans illos pacificansque per
sanguinem suum que sunt in celo et que super terram. Propter hunc nempe
salutem quam medio terre erat operaturus non confestim sub terra posuit
hominem sicut peccando meruerat sed in terra. Siquidem respondendum

est nobis et

eſt nobis et nullatenus deſperandum donec in terra adhuc interim conſti
tuti et ſuſpirare celum poſſumus et ſuſcipere data optima et dona perfecta de
ſurſum a patre luminum a patre ſpirituum a patre miſericordiarum iam et propterea
rectum fecit hominem etiam corpore ipſo et ob hoc ſublime dedit ei prona v
tique ſpectent animancia cetera terram ut attollens ad ſydera vultus ille ſuſ
piraret ubi vitam beatam et perhennem conſpiciat manſionem Nomine eius pre
et fideles invicem nobis vehementiſſimum quoddam incentivum amoris et
provocativum flagrantiſſimum deſiderii eſt viſio ipſa tam lucidiſſime regionis
nam ſunt ſtelle celi ſimiles glebis terre Inter ſplendorem ſolis et caliginem
ſoli huius non parva diſtancia eſt forte tamen hec quoque non nulla ſed in ſuo genere
pulchra videntur hec ipſa undique mixta non pulchris ut aurum in luto ge
ma in ſterquilinio lilium inter ſpinas Tota pulchra es proxima mea et ma
cula non eſt in te tota pulchra es abſque eo quod intrinſecus latet quid illud
nempe beati celi angelici ſpiritus et anime ipſe ſtatum que iam ingredi me
ruerunt in locum tabernaculi admirabilis uſque ad domum dei Sicut enim ſunt
corpora terreſtria et ſunt corpora celeſtia longe vero alia eſt celeſtium gloria
quam terreſtrium ſic ſunt et celeſtes ſpiritus et terreſtres nec minor ſine
diſtancia inter eos angeli archangeli virtutes principatus et poteſtates
dominationes throni cherubin et ſeraphin Bona nomina novi forte hec to
tum eſt quod enim amplius capiam terrigena de celeſtibus carnalis homo
de ſpiritualibus et divinis veruntamen et ſi ignoro quid lateat in hiis nominis ap
pellationibus illud equidem certiſſime novi quod magnum et mirabile aliquid
ſub hac tanta verborum maieſtate clauſum ſit et ſignatum non ſine cauſa ce
lum hec dicit plane eximium neſcio quid celatur in eo celatur inquam ſed non
negatum tamen fidei utcumque quamquam videre enim nobis datur in tam ipſam interiorem
celi pulcritudinem non adire interim quoque gloriam ſtructuram eius et ſi non com
prehendere gaudemus vel audire videmus primum ſed a longe ſalutamus odora
mus illas delicias non guſtamus Enimvero non ſine cauſa unigenitus
qui eſt in ſinu patris ipſe nobis in regione hac umbre mortis quam inhabita
mus celeſtium gloriam ſpirituum ſive per fidem enarrat Corporum vero
per ſpeciem manifeſtat Audi inquit filia et vide factum eſt quo ſi non iſta Incli
na aut aurem tuam et obliviſcere populum tuum et domum patris tui vult nos ponere co
ruciam diſcere obedienciam apprehendere diſciplinam vult nos etiam oblivisci
et poſteriora deſpicere inferiora terrenos mores et bona germina deſerere
celeſtia ſapere ſuperna querere anterioribus inhiare vult in illum tanti decorem
domus ſue ingemina conſpicere creaturam quoque in eandem ymaginem transfor
mentur de claritate in claritatem tamquam a domini ſpiritu Ne proinde conſpiciat rex
etiam decorem illius utique ſpiritualem Sed in quo inquies viſus ille vel au
ditus inclinare meam aurem et obaudire monet nam quod deſiderium pariat
manifeſtum eſt Sine ergo deſiderii univerſam hanc celeſtium gloriam an
primi ceſſant legibus obtemperare divinis nec tempori ſibi poſitis in tam recti

nius motibus incitis excedere temporum aut locorum terminos transgredi consti-
tutos sed et ipsos spiritus tam sublimes audi apostolum administratorios omnes esse et in ministe-
rium mitti dignantissimum ut ne te dignum dicam. Minime tamen reperies in scrip-
turis aliquem quemquam illorum vel contradixisse mittenti vel erga ipsos tamen inferio-
res se propter quos in ministerium mittebantur saltem tenuiter fuisse commotum. Ex-
empla sunt obedientie si diligenter attendas eo sane acceptabiliora quo in
materia digniori. Sed novi quid ad ista submurmurat sensus hominis et
cogitatio prona semper in malum. Quid tu michi elemento magister proponis
obedientiam superiorum quasi vero aut sensus ullus in eis aut ulla vigeat deli-
beratio rationis et non potius agi ipsa quam agere videantur. Quid vero vel ipsorum
angelorum obedientiam sic commendas? Sentiunt quidem angeli sed delecta-
bilia sola obedientes quidem creatori sed tamen felici quam facili voluntate. Quid-
ni obediant semper enim vident faciem patris quam videre perfecta beatitudo et
vera gloria summa voluptas est. Produc nobis patriarchis et prophetis viros
obedientes ex voluntate obedientes contra propriam voluntatem. Fratres est exhi-
bet nobis ut ceteros brevitatis causa preteream exhibet inquam nobis A-
braham ad preceptum domini exiens de terra sua eiciens ancillam et filium eius
etiam carissimum filium Ysaac immolare paratus. Quid hic humana astutia pote-
rit cavillari? Forte respondebit quam multiplicare multisque modis ap-
parens ei deus susceptabatur hospicio participabat convivio animabat al-
loquio instruebat consilio donabat filiis illustrabat victoriis divitiis
cumulabat. Quid dices cum venerit Christus factus obediens patri usque
ad mortem mortem autem crucis? Multum magister per omnia medium quam cum uni-
genitum dei patris dei virtutem et dei sapientiam Christum quem presumeretis emulari est
oblatus est quia ipse voluit quando quantum voluit passus est utpote verus quidem
homo sed verus nichilominus deus. Primo vere ne ipsum apostolum obiciam
afferens velim quos nimirum iuxta prophetiam promissionem oculis suis
vidisse constat prophetie sue et auribus suis verum audisse. Manet etsi
unde et unus eorum expressius scribens ait Quod vidimus et audivimus
quod perspeximus oculis nostris et manus nostre palpaverunt de verbo vi-
te. Quidni relinquerent omnia quidni ad omnia sequerentur tante presentiam maie-
tatis. Quid ego non facerem si michi eadem copia presentie? Sed non fecit
taliter omni nationi non potuit nonutique sequi siquidem ut multi reges et prophete
cupierunt videre et non viderunt sic nichilominus venient iam dies quando desideremus
videre diem unum filii hominis nec tamen meremur. || Oportune ergo iam me-
dius ad medium venit ut de medio fiat omissio preteritorum hodie enim ille pro
omnia similis nobis plane et sensibilis et passibilis sed et longe post illa pa-
triarcharum et prophetarum ipsa visione et homo presens nichil de natu-
ra divinitatis habens credens autem in eum quem non videt plenus fructu obe-
dientie et virtutum locuplex solum deserit palam fidei terre quam diligens
quod habebat et terris spem dirigens ad patrem spiritum in fidelem in adop-

tionis spiritu deservivit non fuit celeste corpus sed nec spiritus quidem celestis
communale autem et mortale ex virgine natus filius hominis in terra natus est in terra e
ducatus est in terra exercitatus et probatus in terra etiam consummatus nec
vero patriarcha erat aut unus ex prophetis de quibus sane veritas in evan
gelio ait quia lex et prophete usque ad iohannem. Multo magis non erat
ipse xpistus sed erat tamen xpistus in ipso haud aliter utique quam per fidem Denique
iuxta hunc modum etiam nunc prope est verbum in corde tuo et in ore tuo tantum
si ergo quesieris corde. Neque apostolo interpretante verbum fidei istud est de quo
moyses ait. Unde et alibi idem apostolus ihesus xpistus inquit heri hodie et eter
num hesternum quidem ab initio seculi usque ad dominicam ascensionem hodiernum
vero dicens exinde usque ad consummationem seculi porro eternum intellige post
communem omnium resurrectionem Nulli horum deest xpistus nulli deest ihesus nulli
deest unctio nulli salus patriarchis et prophetis in visione exhibitus est
apostolis in humanitate martino in fide angelis in specie quam sane speciem et electis
hominibus ostensurum se promisit non quidem hodie sed in eternum Denique
nondum inceperat heri iam nunc istud illuxerat hodiernum cum apostoli loquentur
Et si cognovimus xpistum secundum carnem sed nunc iam non novimus. Videre tamen etiam
in hoc mane de carnibus agni non nichil esse servatum sed quod residuum est u
tique usque mane agni quod videlicet usque hodie eadem ratione nobis sed spiritualiter atta
men non carnaliter exhibeatur. Neque enim est quod tenemur non hunc negatum nobis sum
eum que ad presentis testamenti factum est apparitionem suam eam que apostolis exhi
bita est presentiam carnis eius siquidem fidelibus consideratis nobis nequaquam deesse lique
bit. Adest enim nobis etiam nunc carnis ipsius vera substantia haud dubium
sane quin in sacramento Adsunt revelationes sed in spiritu et virtute ut reparari
gratie quod nunc est nichil in illa gratia deesse probetur Denique nec oculus vi
dit nec auris audivit nec in cor hominis ascendit que preparavit deus dili
gentibus se nobis tamen revelavit per spiritum suum. Ne miremur corporales eius
manifestationes exhibuit qui carnalem eius presentiam dilexerant adventu nobis eius
tanto efficaciter gratia et revelatio dignior facta est quanto nimirum ex
cellentiora constat esse que expectamus. || Itaque ut supradiximus marti
nus iste xpistus non fuit sed tamen xpistum habuit non quomodo angeli in presentia
maiestatis non quo apostoli in specie humanitatis non quo olim locutus est
in visione sanctis suis sed quo eum etiam nunc habet ecclesia in fide et sacramentis
Non erat ille lux sed lucerna plane ardens et lucens de iohanne dictum
est sed si illum particulariter puto dixeris Maximus homo est plus quam pro
pheta est etiam angelus est dei precursor sicut ipse testatur Ecce mitto angelum
meum et cetera Et martinus lucerna erat ardens et lucens cum salvatore non pigebit
imitari sed in eo quod invisibile non autem quod visibile exhibebat Sed mensam
divitis sedes hodie diligenter considera que tibi apponuntur discerne inter
cibos et vasa ciborum illos enim iuberis tollere sed non illa. Dives est iste
martinus dives in meritis dives in miraculis dives in virtutibus dives in

Sequitur. Diligenter ergo considera que apponuntur tibi quedam videlicet ad ad-
mirationem que vero ad imitationem aut certe quia sequitur in scriptura illa quoniam talia
oportet te preparare. Diligenter considera quid apponitur et in quo suscitavit marti-
nus tres mortuos quos omnium salvatorem legimus suscitasse reddit visum ce-
cis surdis auditum mutis loquelam claudis gressum egris sospitatem cavit di-
vina virtute pericula proprii corporis obice flammas repulit immanem sacrile-
ge machine molem columpna pile celo descendenti prostravit leprosum
mundavit osculo curavit oleo paraliticum demones vidit et angelos vidit fu-
tura predixit. Verum hec quidem ceteraque eiusmodi altissima que fecit mag-
nalia quid in mensa ista quedam vasa dixerim divitis huius aurea quidem ge-
mmis micantia pacatorumque mira et opere preciosa. Noli in huius sapore querere sed
mirare splendorem lucis in huiusmodi lucerna imo ut in lumine eius videas
lumen quod quidem purum prout in se est nequaquam potes intueri non enim erat ille
lux sed ut testimonium perhiberet de lumine et appareat interim tibi gloriosus
deus in sancto suo dum non potes ad gloriam eius sicut est in seipso. ¶ Ceterum ne
putaveris omnino quidem martini lampades sed vacuas invenire nam non fatua
virgo habet in vasis oleum habet vinum in phialis habet inter pixides istius cibo-
rum copiam delicias utique spirituales ut non modo videant et mirentur sed edant
pauperes et saturentur atque in illis quidem dominum laudent porro vivent
corda eorum alioquin non mortui laudabunt te domine. Ut ergo sit cordis deo-
rumque laudatio in admiratione vivant etiam ex imitatione ut audiunt summe
delicias ipsas quoque divinas curiosius contemplentur. Sic mirantur splen-
dorem et fervorem lucerne huius victurus quibusdam affectibus distincti videntur ut
nobis alter ex altero commendetur et ex mutua collatione utrumque complacitior
fiat. Siquidem humilis fuit et spiritu pauper iste martinus sicut evidentissime
probat effectus ipse divine gratie quam profecto tam multo nisi multum humili
non dedisset. Et tamen prima virtutum eius indicia prima paupertatem illum spiritu bea-
tus novit hylarius cum imponere ei dyaconatus officium temptans nec prevaleret
quia indignum sese vociferaret exorcistam eum esse precepit in quo quidem locus iu-
re videretur sciens minime quod humiliorem ordinationem minime repudiaret. Pau-
per fuit veste sordidus crine incultus facie despicabilis que quidem licet
in electione eius a quibusdam malivolis obiecta fuissent et in ipso tamen episcopatu
sicut scriptum est penitus non mutavit. Denique quia vere pauper spiritu fuit mar-
tinus pauper mendicus meruit nominari. Audi vero mansuetudinem eius suo illo
sulpicio sic scribente. In tantum adversus omnes iniurias patientiam assumpserat
ut cum esset summus sacerdos impune etiam ab infimis clericis lederetur nec
propter illud eos aut loco unquam amoveret aut a sua quantum in ipso fuit ca-
ritate repelleret quod quidem in bricio manifeste probatum omnes vel au-
ctoritate meminisse cum nempe ex omnibus sibi successorem elegit et de gravi ira
post futura adversitate premonuit. Postremo in fide et lenitate ipsius scriptum
illum fecit. Ad cuius os aures sue fuerunt cum respondet hec quia de eo scribit

tabatur Si illum delirum queris prospice animum eius circa celum semper sicut amens
respirat Crebro siquidem homo dei corpore terram despiciens celum suspi-
ciebat mente sciebat ad hoc sese ut sup[illegible] in ipso tempore ac-
cepisse statutum sciebat illic esse thesaurum suum sciebat illic sedere in prius
dextera xpm suum sciebat magnum donum illic perciperet quod desiderabat as-
secuturum unde et hec ipsum quasi delirus videbatur in terra merito non atten-
dit cum nimium quietatio esset in celis animo cordi in capite suo Sane illuc
etiam lacrime eius a maxilla ascendere consueverunt quibus sic habundabat ut
soleret pro illorum quoque qui obtrectatores sui videbantur flere peccatis Ca-
ne caritatem iustitiam esurierit cum in ceteris eius actibus tum specialiter in idolatrie
persecutione probatum est in templorum destructione in statuarum deiectione in suc-
cisione lucorum ubi se quoque aliquando non est veritus dare discrimini ut conclusio
tanti criminis de medio tolleretur Nam misericordiam cum in paupere se expertum
salvator ipse apud angelos gloriabatur datam sibi medietatem vestis os-
tenderet Unum aut nobis etiam misericors apud summum iudicem in eius admi-
rabile tabernaculum introivit misericordiam illam exhibere dignetur
qua et illos olim morti destinatos et tormentis variis deputatos eripuit
pro quibus ante terreni iudicis ianuam nocte media fertur iacuisse
quem enim non audiret cum ille qui tunc quoque fecit audire potuisset mundi
tiam cordis eius illud vel maxime indicat quod non est confusus inimico lo-
quens in porta nichil in me funeste reperies Abrahe me sinus recipiet
et nam tempore professionis felicitatem plane consummans labores suos licet di-
erum suorum finem non ignoraret clericos adhuc dissidentes inter quos refor-
mata pace in pace ipse quievit Ceterum persecutiones quas sustinuit pro
iustitia longum est narrare quo apud urbem augustam civitatem Vangio-
num in expeditione primo et illato terrore constrictior custodie mancipatus
est ut inermis postera die barbaris opponeretur quo circa alpes sibi se-
curi quam in vertice eius latro vibrabat securissimus fuit quo illum medi-
olanum auxentius arrianus gravius insectatus multisque affectum iniu-
riis tandem de civitate extrudi fecit quo et alibi prius adversus sacer-
arrianie dotum perfidiam arrianam pugnans suppliciis affectus publice virgis ce-
sus inde quoque exire compulsus est quo item in cuiusdam phani excisione
cum gentilis cum stricto gladio peteret nudam cervicem prebuit percussuro
donec ille extollens adversum dexteram caderet resupinus quo alter cum
cultro ferire voluit sed ferrum de manibus eius elapsum repente disparuit
pro quibus omnibus dubium non est multiplicatam coronam eius cui quidem et
si non semel effectum consummate passionis sed tamen martir fuit affectu de-
votissime voluntatis Comedite amici et bibite et inebriamini
karissimi sic enim vivit et in talibus vitam spirans venit nisi forte breviter predicat ser-
mo divinus qui mortuos suscitat cecos illuminat morbidos sanat
leprosos mundat paraliticos curat demonibus imperat futura prenuntiat

miraculis choruscaunt et non magis pauperes spiritu mites lugentes esurientes
et sitientes iustitiam misericordes mundicordes pacificos persecutionem propter iu-
stitiam sustinentes || Ingerit se michi exemplum obedientie [illegible]
preterire. quod quidem ut plenius iuxta propositum ordinem in martino quoque no-
bis convenit exhibere sane moram facimus sed ut arbitror bonum est nos
hic esse tardius enim hodie venimus ad martinum Domine inquit si adhuc po-
pulo tuo sum necessarius non recuso laborem fiat voluntas tua O virum sancti-
ssimum animam inestimabilem caritatem obedientiam singularem bonum certamen
certasti cursum consummasti fidem servasti de reliquo repositam est tibi corona iusti-
cie quam reddet tibi hodie iustus iudex et adhuc dicis non recuso laborem fiat volun-
tas tua oppressisti plane pectoris vinum illum quo diligis quod in te est iugulasti Im-
molasti singulare gaudium tuum pia devotione patris redire iterum in pericula nova
re certamina denuo subire laborem sustinere laborem tribulationem prolongare
temptationem denuo differre Adhuc ab illa tanta felicitate et diu desidera-
ta sanctorum spirituum beatorum atque in huius mortalitatis erumpnis ab ipso introitu
glorie revocari postremo quod maximum a christo tuo peregrinari diutius si modo
ipse voluisset nec sane dubium quin ampliorem gratiam mereatur qui paratum se exhi-
bet etiam ante mandatum quam qui obedire satagit post mandatum magna qui-
dem est obedientia virtus angeli sancti sed quid dicere audeam [illegible]
atur. in vobis quisquam patiens in tale aliquid nisi ... mitti in quo non habeat non va-
dere faciem patris Magnum est petre quod omnia reliquisti sed audi-
vi vos in monte dicentem ubi transfiguratus est coram vobis Domine bonum est nos hic
esse faciamus hic tria tabernacula non est hoc adhuc Si adhuc populo tuo sum ne-
cessarius non recuso laborem paratum cor tuum martine paratum cor tuum sive manere in
corpore sive dissolvi et esse cum christo Et magna quidem in non horrenda morte
securitas magna in visione christi desideranda et tam ferventis ac singularis desi-
derii perfectio reperitur sed id quidem longe amplius per omnem modum quod qui mo-
ri non metuis immo qui tanto desiderio patriam diu concupiscis vivere quoque non
renuis et expectationis molestissima fatigari In quo enim alio non obedire
potuerat qui in tanto ardore tam devote clamabat fiat voluntas tua.
|| Hec ergo pars nostra sit fratres in hoc hodierno hanc nobis obedientiam
in mensa pauperis immo iam divitis huius appositam diligenter considerantes sci-
entes quoniam ipsa est que a nobis exigit ipsa quam oportet nos preparare ut sin-
guli quique dicamus paratus sum et non sum turbatus ut custodiam man-
data tua nec modo semel aut in parte sed paratum cor meum deus paratum cor meum
paratum ad utrumque et in nullo tue preferens dispositionem forte hoc cupio et specialiter
et vehementer. sed ne illud quidem recuso sicut fuerit voluntas in celo sic fiat
desiderio refecit sed non recuso laborem fiat voluntas tua || In vitis sanctorum de
Feriosa est transportata | mensis dentibus aquis. Sermo lvm.
dum mens stetit eius audivit petere et ursus dentibus suis fremuit
et tabescit deprehensus est in iustitia sua cecidit in foveam quam